Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tam in longitudine quam in latitudine. Opere po
lymito opere multifario dicit. Sicut aũ in super
humerali operum perfectio. Ita in rationali iudicii
quo pectus sacerdotis tegebatur simul et ornabatur
cordis et cogitationũ eius castitas exprimitur.
Et bene post superhumerale rationali iudicii sequitur.
Ut cum ante homines quis innocens manib; apparu
erit. multo magis in conspectu sũmi iudicis mun
dus corde adsistere contendat. Omã agens indus
tria. ut quicquid foris erga proximos agit aut iu
dicat. totũ ex regula internae rationis probatũ
ac suo conditori placidum fulgeat. Item ratio
nale iudicii sacerdos in pectore ferre praecipitur
Quia debet rector suptili semper examine bona malaq;
discernere. et quae uel quib; quando uel qualiter
congruant. studiose cogitare. Duplex aũ factũ
est rationale. ut facilius lapidum pondus sustineret.
Sed haec duplicatio uestis in legalis pectore sacerdotis.
typice nos ammonet ut rationem nr̃i examinis et in
uisibilis intus arbitr̃ pbet. et numquã humana foris
existimatio merito contemnet. Seu ceste duplex
in pectore ferimus rationale iudicii. quando et ea
quae de fide ueritatis ac uita inuisibili loquimur aut
cogitamus ratione fixa subsistunt. et ea quoque